

Gratiarum Actio Reverendissimi Dni
Nicolai Dzierzgowski Episcopi
Wladislaviensis pro collato sibi
Archiepiscopatu Gnesnensi.

171

Servitutis meae perpetuae et sincere subje-
ctionis in gratiam Maiestatis Vrae Se-
renissimae humili commendatione pre-
missa. Cum nullis meis meritis exi-
gentibus, sed ex sola regia clementia tam
ampli nominis beneficium Majestas ve-
stra Serenissima mihi conferre, pluri-
misque beneficiis me ante ornare digna-
ta est, ex devincto devinctiore obtrin-
ctioremque eidem Majestati Vestrae Re-
gie me esse profiteor. Ut cogitanti mihi
quo tenore verborum vel agam, vel quo
renum munere parem maiestati vestrae
referam gratiam, satis mihi negotii re-
lictum est, nam et verba pro tam exallevati
beneficentia ad habendum non suppetunt,
et res facultasque ad referendam gratiam
majestati vestrae Serenissimae mihi non
sufficiunt. Sed ad eam clementiam, qua
me immeritum ea dignitate ornare
dignata est, recurrendum mihi visum
est, qua pro summis in subditos et ser-
vitores suos beneficiis non aliud quam
gratum animum, fidem integram, con-
stantiam et sinceram subjectionem ex-
petore

putare soleat. Ea itaque cleuicentia con-
fusus, quod in mescutianum a me hu-
mine tanti beneficii minime ingrato
haberi potest, gratias quas possum ma-
ximas et immortales Maiestati vestre
Serenissime pro Summa in me benefi-
centia ago et habeo. Cum vero tantum
tamque excellens beneficium nullate-
nus referre possum, continuis tamen
et fidelibus seruitiis Maiestati vestre
Serenissime deuereri curabo, et ea, que
superius nominavi quamdiu tue hanc
fungar, non minus diligenter quam fi-
deliter ergam Majestatem vestram Re-
giam ejusque Serenissimum filium ac
Regnum Maiestatis vestre ejusdemper-
petue retinebo. Dominum Deum pro
Majestatis vestre serenissime inuolu-
mi statu, optimaque valetudine ac pro-
simo et stabili diutissimoque illius
imperio, assiduis precibus tanquam
illustritatis vestre Serenissime Sacen-
dos precari non intermittam. Quod vero
proprium est ejus loci cui me inmeritis
Majestas vestra Serenissima proficere
dignata est, tum me Dei optimi maxi-
mi adjectoris semper prestabo, ut ejus
Divine Maiestati primum ejusque Ec-
clesie secundum eam Maiestati vestre
ac ejus Serenissimo filio, deinde toti Rei-
publice, Regni carum, quam maxime
dignus

dignus, utilis ab omnibus haberi et cen-
seri possem. Commendo tandem me
et servitutem meam Sacre Regiae
Majestati Vestrae, quam incolumem
et felicem diutissime manere et regna-
re cupio.

11

[Faint, illegible handwriting in cursive script, likely a historical document or manuscript.]